

laborieux et fécond épiscopat, Son Excellence Révérendissime Monseigneur Thomas-Louis Heylen, docteur en philosophie, docteur en théologie et bachelier en droit-canon, chanoine prémontré et ancien abbé de Tongerlo, évêque de Namur, assistant au trône pontifical, comte romain, président du Comité permanent des Congrès eucharistiques, chanoine honoraire des églises cathédrales d'Angoulême, de Soissons et de Reims, Grand Cordon de l'Ordre de la Couronne, Grand Cordon de l'Ordre du Saint Sépulchre, Grand Cordon de l'Ordre de Léopold II, Grand Cordon du Grand Mérite de Hongrie, Grand Officier de l'Ordre de Léopold, Grand Officier de l'Ordre de Tunisie, Commandeur de l'Ordre impérial du British Empire, Croix de guerre française avec citation à l'ordre du jour de la grande armée.

Le Comité des *Analecta Praemonstratensia* gardera pieusement la mémoire du grand et saint évêque, qui accorda toujours à ses publications ses sympathies et ses encouragements. Dieu daigne l'associer à la gloire de ses élus !

H. LAMY,
Ancien abbé de Tongerlo.

* * *

*Reverendissimus ac Amplissimus Dominus Dominus
Henricus Stöcker, Abbas Bernensis atque Vicarius
Rev. ac Ill. Dni Generalis pro Circaria Brabantiae.*

Henricus (Martinus Alphonsus) Stöcker, Amstelodami 30 Jan. 1883 natus, 8 Oct. 1904 candidum habitum accepit in abbatia Bernensi, ibique 8 Oct. 1906 fuit professus. Ordinatus presbyter 15 Aug. 1910, primo, ut studiis litterarum classicarum in Universitate incumberet, fuit electus. Mox vero, tum propter eius eminentem scientiam tum propter qualitates in administrando eius egregias, adiunctus est Collegio Sancti Norberti, quod exinde semper speciali favore prosecutus est, cuiusque collegii exstitit conrector, rector atque director. Studiosos dicti collegii, indefesse laborans nihilque omittens, quo eorum scientiae atque saluti providere posset, per 20 fere annos in omnibus ferme disciplinis instruxit. Cum autem gressus studiosorum veluti primos in viam presbyteratus dirigeret, tum ut magister fratrum Juniorum profectui illorum, qui habitu Sancti Norberti iam induti fuerant, magis consuluit. Rector Gymnasii Sancti Norberti creatus 6 Maii 1917, proinde 3 Aug. 1919 supprior abbatiae Bernensis est designatus.

Abbas 5 Nov. 1930 electus atque 25 Nov. ejusdem anni benedictus, Amplissimo ac Illustrissimo Domino Evermodo van den Berg, qui 5 Oct. 1930 in Christo obdormierat, sexagesimus quartus in catalogo Abbatum Bernensium, successit. Ad dignitatem evectus, a qua semper abhorruebat, aequalem tamen dignitate atque humilitate sese semper prae-buit. Plus amari adpetens quam timeri, filios, suos revera « In charitate non ficta » dilexit, caute tamen procedens ne aliquando officio suo deesset. Studio ductus ut spiritus religiosus atque amor disciplinae in dies crescerent, laboribus atque orationibus assiduus, veluti fidelis Christi servus depositum sibi commissum administrans, ut sibi subditos in viam perfectionis dirigeret strenue adlaboravit. Organum in ecclesia construi fecit atque aulam capitularem restauravit, sedule advigilans ut circa divinum officium omnia digne, attente ac devote fierent. Non negligens efformationis scientificae tam praeceptorum quam alumnorum, novum « Gymnasium Sancti Norberti », quod 15 Nov. 1938 inauguratum fuit, extruxit. Quem Illustrissimus Reverendissimus ac Amplissimus Dominus Abbas Generalis, cum dotes haud minimae exornarent, 3 Oct. 1937 pro Circaria Brabantiae sibi in Vicarium assumpsit. Quantopere vero vi officii sui operam dederit, ut renovandorum Statutorum fundamenta iacerentur, omnibus satis innotuit.

Cura et sollicitudine affectus, plus laboribus quam annorum pondere fessus, velut victimam muneris sui sese offerens Deo, animam suam reddidit Creatori suo 21 Aprilis 1942, ut a curis terrenis absolutus in pace aeterna requiesceret. Quod det Deus !

Alph. W. VAN DEN HURK.

* * *

Le Révérendissime Père Exupère Auvray, Abbé de Mondaye.

Dans le diocèse de Bayeux comme dans l'Ordre de Prémontré, le Révérendissime Père Exupère Auvray, abbé de Mondaye, laissera une mémoire remplie de bénédiction. Il ne sera peut-être pas inutile de fixer dans ces quelques notes les grandes lignes de l'histoire de sa vie et d'esquisser son portrait moral.

Charles-André-Edouard Auvray naquit à Bayeux, sur la paroisse de Saint-Exupère, le 3 août 1862. Il reçut dans sa famille une éducation chrétienne et si virile, si rude même qu'il en garda toute sa vie robustesse de santé, résistance à la fatigue, voire même — il nous le disait un jour très simplement — une certaine difficulté à se repré-